imágen sorprendente una de las pruebas mas incontrovertibles de la divinidad del Catolicismo; es decir, su duracion á pesar de todas las persecuciones, y su vida que deja atras á todos los enemigos que la han combatido.

¡Neron, Diocleciano, Decio, Arrio, Nestorio, Mahoma, Lutero, Calvino, Enrique VIII, Voltaire, los hombres del 93, Napoleon, que martillos!

Necesariamente ha de ser de buen metal y forjado por una mano maestra el yunque que ha resistido tan poderosas herramientas!

Fstas consideraciones bastarian para convertir á un incrédulo de buena fé; mas por desgracia los incrédulos no reflexionan.

¡Si al menos pensasen en lo que pasa en estos momentos!

Dios se dispone á escribir un nuevo argumento en favor de la divinidad de la Iglesia.

El martillo que hoy intenta mellar el viejo yunque, llámase Bismark.

Algunos golpes de este terrible instrumento han hecho saltar en pedazos el Austria y la Francia.

La Iglesia católica ¿será mas fuerte que estas dos grandes naciones? ¿Podrá el yunque resistir al martillo?

Para nosotros católicos, esta cuestion se halla resuelta ya de mucho tiempo. Sabemos que las fuerzas infernales no pueden prevalecer: *Portae inferi non praeralebunt.*

Hay otros que necesitan ver con sus propios ojos este nuevo triunfo de la Iglesia. Y lo verán.

Internacionalistas, positivistas, materialistas, volterianos, clerófobos, *viejos católicos* sectarios de todas las oficinas, filósofos de todas las escuelas, libres pensadores de todas calidades, os aplazo por el término de diez años.

Pasando este término sabremos quien habrá resistido mas, si el yunque ó el martillo; si la obra de Bismark ó la de Jesucristo.—X.

(Rev Pop., tom. 6º, pág. 265.)

La impiedad, que es la mayor locura, es al mismo tiempo el crímen mas perjudicial á la sociedad, cuyos fundamentos echa por tierra.

¡Con qué esmero, con qué emulacion y con qué celo deben todas las órdenes del Estado, príncipes y súbditos, sostener lo que es verdaderamente la base de la felicidad pública! ¡Oh vosotros los que mirais con desden los intereses de la Religion, pero que todavía profesais amor á la patria; á vosotros es á quienes me dirijo. No puedo conjuraros à nombre del cielo, á respetar la fé de vuestros padres; pero á nombre de la patria, os conjuro á no hacer vacilar los fundamentos de una religion, cuya ruina llevaria tras sí la del Estado. De este modo se expresaba delante de Luis XV y de su corte, el piadoso Obispo de Senez; pero causará maravilla saber que los íncredulos hayan formado el mismo voto. Filosofad cuanto querais, dice Voltaire, pero si teneis una aldea qué gobernar, ésta debe tener una religion, debe haberla donde quiera que hay sociedad. Las leyes velan sobre los crímenes conocidos, como la religion sobre los secretos (tom. 54, pág. 59) ninguna sociedcd puede existir sin justicia. Anunciemos pues un Dios justo, Si la ley del Estado castiga los delitos públicos, anunciemos ún Dios que castiga, (t. 4, p. 38.) Interesa ciertamente á todos los hombres que haya una Divinidad que castigue lo que la justicia humana no puede reprimir (t. 38, p. 309.) *(Revista Ecca.)*

COLECCION

DE

Documentos Eclesiásticos.

Responsable.—N. Parga. **Imp. de N. Parga.**

TOM. I. Guadalajara, Abril 22 de 1876. NUM. 4.

SECCION I.

Disposiciones generales de la Iglesia.

FORMA ET SENSUS MYSTICUS.

De ritu et usu cerearum formarum, quae benedici et consecrari solent a Romano Pontifice.

Formula impressa de mandato Sanctissimi Domini nostri Benedicti XIV. anno MDCCLII.

Pervetustus in ecclesia romana ritus est ille, quo summi pontifices benedicere et consecrare solent cereas formas, quae *"agnus Dei,"* vulgo appellantur. In ordine romano, qui eruditorum judicio antiquior est saeculo octavo, innuitur praefatus ritus. In caeremoniali vero ejusdem romanae ecclesiae designantur materia, forma et preces in hujusmodi consecratione adhibendae, quae sacras continent mysticasque significationes.

Conficiuntur hi *"agnus Dei"* ex cera alba, pura virginea, quo humana denotatur natura a Christo, virtute divina, sine ulla mixtione aut contagione culpae, in purissimo Mariae ac virginis utero assumpta. Agni imago in illis imprimitur, agni illius immaculati symbolum, qui pro humana reparatione in ara crucis immolatus est. Adhibetur aqua benedicta, quo nimirum elemento cum in veteri tum in novo foedere praeclara sacramenta et prodigia a Deo effecta sunt. Miscetur in ea balsamum, quo bonus Christi odor significetur, quem in omni actu et conversatione redolere debent christifideles. Superinfunditur chrisma, quo res aliae divino cultui specialiter addictae veluti templa, altaria, sacerdotes praeparari solent ac consecrari, atque in eo praestantissima virtutum omnium charitas figuratur:

In aqua igitur prius benedicta ac balsamo et chrismate mixta cerei illi *"agnus Dei"* immerguntur et Summus Pontifex tam ante quam post mersionem sanctissimis precibus Deum exorat, ut eas formas benedicere, sanctificare et consecrare dignetur, iisque tantam impertiat virtutem, ut quicunque recta fide ac vera pietate iisdem usus fuerit haec dona ac beneficia consequatur:

1.º Ut aspectu vel contactu agni in cereis illis formis impressi excitentur fideles ad memoranda sub eo symbolo redemptionis nostrae mysteria conceptisque grati animi sensibus divinam in nos bonitatem benedicant, venerentur ac diligant, fidentes fore, ut per eam peccatorum veniam obtineant et maculas omnes abstergant.

2.º Ut ad vivificae crucis signum in iisdem cereis impressum maligni spiritus contremiscant et fugiant, facessant gran-

dines, subsidant venti, dissipentur tonitrua, abigantur turbines, fulgura et tempestates.

3.° Ut divinae benedictionis virtute non praevaleant diabolicae fraudes, insidiae et tentationes.

4.° Ut parturientes cum foetu incolumes serventur eumque feliciter in lucem emittant.

5.° Ut iisdem devoti utenti nulla dominetur adversitas, nulla noceat pestilentia aërisve corruptio, nullus comitialis morbus eum corripiat; nulla maris tempestas. nullum incendium, nulla adversus eum praevaleat malignitas.

6.° Ut in prosperis adversisque casibus divina protectione muniatur; ab humanis vel diabolicis insidiis, a subitanea et improvisa morte, a cunctis denique malis et periculis liberetur, per vitae ac passionis Jesu Christi mysteria.

Mirabiles hujus Agni virtutes explicatae jam olim fuere atque his versibus comprehensae:

"*Pellitur hoc signo tentatio daemonis atri*
Et pietas animo surgit abitque tepor.
Hoc aconita fugat, subitaeque pericula mortis
Hoc et ab insidiis vindice, tutus eris.
Fulmina ne feriant, ne saeva tonitrua laedant,
Ne mala tempestas obruat, istud habe
Undarum discrimen idem propulsat et ignis
Ullaque ne noceat vis inimica valet.
Hoc facilem partum tribuente puerpera foetum
Incolumen mundo proferet atque Deo.
Unde rogas uni tam magna potentia signo?
Ex agni meritis, haud aliunde fluit?"

Quae quidem beneficia et gratiarum dona a bonorum omnium largitore Deo fidelibus tribui ac concedi, virtute hisce sacris communicata per benedictionem ac precationes in primis quas Christi Vicarius romanus Pontifex universae ecclesiae nomine in eorum consecratione fundere solet, res est firmiter omnino credenda ac variis eximiisque miraculis saepissime confirmata. Quod si optatus non semper obtineatur effectus, in non defectui virtutis rei sacrae vel infirmae exiguaeque utentium fidei ac devotioni vel alteri occultae causae Deo compertae ac probatae tribuendum est.

(Bull. Bened. XIV. t. III. p. 565; Anal. J. P. VI. Ser. 1863 p. 1684).

Heliano Spinulae.

Pontifex Paulus muneri ad te mittit hunc agnum Dei circumclusum auro et ornatum unionibus tradecim. Sacratus est manibus suis et ex illo munere sumptus, ex quo munerari Reges est solitus: donum pretiosum. non magnum sed virtute et gratia maximum. Id agit videlicet sancta ejus dignatio, ut memor sis ejus, ut pignus in sacrario teneas, sui in te animi testem et custodem denique maximum habeas vitae et rerum tuarum. Recipiendus est osculo, cum devotione servandus, virtuti ejus credendum et in comitatu habendus, si quando terra peregrinaris vel mari. Linitus est sacramentali liguore, benedictus voce et manu Vicarii Jesu Christi mysterioque magno verborum sacer identidem factus. Si credis, in omnem casum fidum praesidium tenes. Age, Pontifici gratias pro reddito filio et pro suo dono. In utroque es illi debitor, quia in utroque te aestimavit. Non cuivis ambo haec contigissent. Vale et me ama.

(Anal. J. P. 1866. p. 1495. Ed. Romae.)

Dilecto Filio nobili viro Paschali Ciconiae duci Venetiarum.

Sixtus PP. V.

Dilecte Fili. Nobilis vir.

Salutem et apostolicam benedictionem.

Sancta romana ecclesia Christi Domini Nostri sponsa nullam habens maculam neque rugam, ecclesiarum omnium caput ac vere pia et sollicita cunctarum gentium mater atque magistra, pro ea cura, quam in visceribus charitatis de filiorum suorum salute gerit, nullo umquam tempore cessavit, quin optimus legibus et institutis praeceptisque salutaribus, omni denique opportuna ratione rem totam ecclesiasticam constituere et stabilire ac universum Dei populum fidei suae commissum in officio continere et per rectas justitiae ac probitatis semitas ducere conaretur atque etiam considerata humanae naturae imbecillitate ac satanae astutia et fraudibus populum ipsum variis benedictionibus, gratis atque muneribus spiritualibus fovere ac roborare studeret, ut scilicet illis tamquam scalarum gradibus ascendere et facilius ad coelestem patriam pervenire posset.

Enimvero inter spiritualia haec dona longe praeclarum obtinet locum forma illa benedicta, quae *agnus Dei* vocatur, cujus benedictio et consecratio ex antiquissimo ecclesiae more et instituto paschali tempore a solo Romano Pontifice solemni ritu ac caeremonia et summa cum religione fieri et celebrari solet. At quam eximio cultu quantuque veneratione digna sit haec sacra res, quicumque illius materiam, formam, consecrationis modum, preces ac mysteria, quae in ea continentur, noverit et attente consideraverit, facile intelliget.

Hi enim *agnus Dei* ex cera alba, pura, virginea conficiuntur, ad denotandam Christi humanitatem ex sanctissimo Virginis utero, absque ulla contagione et sola Dei virtute sumptam. Imago agni, quae in illis est, agnum illum immaculatum repraesentat, qui pro humani generis reparatione in ligno crucis est immolatus. Abhibetur aqua benedicta, cujus substantia ad maxima quaeque sacramenta in veteri et novo testamento usus est Deus. Aquae miscetur balsamum, ungentorum omnium praestantissimum, ad designandam famam optimam, quám christianus, veluti suavissimi odoris fragrantiam, in sua conversatione debet redolere. Postremo superinfunditur chrisma, quo charitas virtutum omnium maxima figuratur, et quo eodem templa, altaria, vasa et ipsi homines Dei cultui praeparantur et consecrantur. In hac vero aqua benedicta balsamo et chrismate mixta hi agnus Dei ab ipsomet Pontifice merguntur et baptizantur et tam ante quam post mersionem sanctissimis precibus et orationibus idem Pontifex Deum obsecrat, ut easdem illas formas cereas imagine agni impressas benedicere, sanctificare, consecrare eisque virtutem coelestem infundere dignetur ita, ut qui illas pie et devote et cum fide habuerint et detulerint, eorum crimina deleantur, maculae peccatorum abstergantur, veniae impetrentur, gratiae conferantur, praeterea ut fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum, ventorum rabies et infesta tronitua temperentur, fugiant et contremiscant maligni spiritus, nulla hic adversitas dominetur, nulla aëris corruptio, nullus morbus caducus, nulla maris tempestas, nullum incendium nullave iniquitas noceat, parturientes cum partu incolumes conserventur, omnes denique ab aquarum inundatione, a morte subitanea et a cunctis adversis liberentur. Haec sane propitiationis et gratiarum dona a Deo misericordiarum patre et bonorum omnium largitore tribui atque concedi his cereis formulis sic benedictis et baptizatis, praesertim summo sacerdote ipsius Christi in terris Vicario tam pie orante ac supplicante firmiter credendum est, sicuti idip-

sum saepissime magnis et variis miraculis, quae diversis temporibus divina bonitas per haec sacra operari dignata est, fuit saepius comprobatum. Nec mirum esse debet, si non semper idem contingat effectus, quoniam id ex infirma utentis fide vel ex alia occulta causa, non ex defectu virtutis rei sacrae, accidere certum est.

De hujus sacri praestantia atque virtutibus extat inter caetera luculentissimum testimonium Urbani Papae V., qui magni muneris loco tres agnus Dei ad Graecorum imperatorem cum his verbis misit:

Balsamus et munda cera cum chrismatis unda,
Conficiunt agnum quod munus do tibi magnum,
Fonte velut natum per mystica sanctificatum,
Fulgura decursum depellit et omne malignum.
Peccatum frangit, ut Christi sanguis, et angit.
Praegnans servatur simul et partus liberatur.
Dona defert dignis, virtutem destruit ignis.
Portatus munde de fluctibus eripit undae.

Cum igitur Nos his diebus paschalibus ecclesiae et praedecessorum nostrorum rom. Pontificum probatissimum morem secuti, quod nostri fuit muneris, peregimus, huic solemni sacro operam dantes, visum fuit Nobis, sicuti in caeteris rebus, ita in hoc eximiam dilectionem charitatemque nostram erga inclytam istam rempublicam et nobilitatem tuam, qui in ea principem locum tenes, ostendere ac deciarare. Itaque mittimus tibi capsam unam harum formarum cerearum plenam, ut senatoribus omnibus et aliis quibus visum fuerit ex eis largiter impertiri possis.

Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die 20 Aprilis 1586 pontificatus nostri anno primo.

Antonius Baccapadulius.

[Thes. Resol. S. C. Conc. tom. I. p. 106.]

SECCION II.

Disciplina particular de la Diócesis.

Gobierno eclesiástico del Arzobispado de Guadalajara.—Circular.

Uno de los deberes mas estrechos de los Prelados Diocesanos, es impedir que en sus respectivos Obispados se haga innovacion en la sagrada Liturgia, cuidar de que nada se altere, nada se añada ni se quite de las preces que acostumbra y tiene prescritas la Santa Iglesia, sino que en todo y por todo sean unas mismas en cualquiera parte del orbe católico. Por tal motivo, y habiendo sabido este Gobierno Eclesiástico que en algunas Iglesias de la ciudad y de fuera suelen cantarse las Letanías de la Santísima Vírgen sin repetir á cada invocacion el *Ora pro novis*, como debe ser; dispuso se pasara este negocio al teólogo consultor Dr. D. Pedro Cobieya, cuyo dictámen es como sigue:

"He procurado imponerme eficaz y detenidamente en las resoluciones de la "Santa Silla Apostólica y decretos de la "S. Cong. de Ritos aprobados por ella, así "como en las doctrinas de los autores mas "célebres y acreditados que han tratado "con mas acierto las materias concernien-"tes á la sagrada Liturgia. De estos es-"tudios he obtenido los resultados siguien-"tes, que paso á exponer á V. S. Illma.

"Limitándome en este párrafo á tratar "expresa y directamente de las Letanías "de los Santos y de las de Nuestra Seño-"ra, conocidas con el nombre de Laureta-"nas, únicas cuyo rezo ó canto está conce-"dido en el oficio público para las Iglesias "y Oratorios que tienen este carácter, se-"gun repetidas declaraciones de la S. Cong. "de Ritos, especialmente las del dia 8 de "Febrero de 1631, del 31 de Marzo de "1640, de 16 de Agosto de 1642 y de 15 "de Marzo de 1608 que se registran en la "*Coleccion de Decretos auténticos de la* "*S. Cong. de Ritos* á la página 120, no "puedo menos que admirar el constante "celo con que la Santa Iglesia ha velado "siempre para que ni por adicion ni por "diminucion se haga en ellas innovacion "ó alteracion ninguna, sino que se canten, "dice el decreto de la referida S. Cong. de "28 de Abril de 1636, *prout jacent in* "*Breviario*, cuyo decreto es conforme en-"teramente al del dia 3 de Marzo de 1674. "Respondiendo á la consulta que se hizo á "la misma S. C. en los términos siguien-"tes: *¿An liceat in quodam Oratorio pu-"blico decantare Litanias non integras sed* "*abbreviatas et diminutas* etc.? Respon-"dió la S. C. en 1674, decreto citado: *Non* "*licere*. En otra consulta que se le hizo "preguntando: *An liceat titulo specialis* "*devotionis Litaniis Sanctorum vel Lau-"retanis aliquem versiculum addere vel* "*novas Litanias de quarum approbatione* "*Ordinario nullatenus constet, in Eccle-"sis canere vel recitare?* Respondió el "año de 1821 expidiendo el dia 31 de Mar-"zo un decreto general que dice: *Negati-"ve et serventur omnino decreta S. R. C.* "*curentque Ordinarii colligere et vetare* "*formulas quascumque, tam impressas* "*quam manuscriptas, Litaniarum de qua-"rum approbationem non constat:* cuyo "decreto se reprodujo en 1839 con ocasion "de una consulta semejante. Todos estos "decretos se registran en la coleccion y "página citadas.

"Hay otras disposiciones generales que "conciernen á la S. Liturgia, y que han "sido especialmente dictadas con el obje-"to de arreglar el canto y la música sa-"grada, y aunque expedida particular-"mente para los Estados Pontificios y pa-"ra le S. Ciudad de Roma, revelan con "evidencia el espíritu de la Iglesia, y han "sido publicadas con el fin de que sirvan "de norma á todas las diócesis y á todas "las Iglesias del orbe católico. Así lo "dice expresamente N. S. P. el Sr. Ale-"jandro VII en una constitucion publica-"da el año de 1657, y que puede verse en "la obra titulada: *Analecta juris Pontifi-"ci* à la pàg. 1297. "El celo de una pia-"dosa solicitud, dice el referido Pontífice, "nos excita á procurar el honor y la reve-"rencia de las Iglesias y oratorios dedica-"dos á las alabanzas divinas y á la ora-"cion en nuestra S. Ciudad de Roma, *de* "*donde los ejemplos de las buenas obras* "*se extienden á todas las partes del uni-"verso*"

"Entre las disposiciones citadas se re-"gistra en la obra referida pág. 1298 un "edicto de la visita Apostólica, expedido "por órden de S. S. el año de 1665, en el "que se ordena el puntual cumplimiento "de la constitucion del Sr. Alejandro VII. "Dicho edicto contiene en su artículo 6 ° "las terminantes disposiciones que expre-"sa, y cuya observancia se exije bajo la "fé del juramento, y sujetando á las penas "mas severas, á los maestros de capilla y "profesores de música: 6. ° *que las pala-"bras del Breviario y del Misal, de la* "*Sagrada Escritura ó de los Padres, sean* "*puestas en música ut jacent, de manera* "*que se evite toda inversion, toda adicion* "*de otras palabras y toda alteracion.* En "el año de 1678 el Sr. Inocencio XI pres-"cribió nuevamente la estricta observan-"cia de la Constitucion citada del Sr.